

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod simul assumpsit animam & carnem verbum, nec caroprius est  
concepta quam assumpta. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

pori de limo terræ formato vniuersitate non congruerit,  
 nisi mediante rationali essentia. Illa autem vno in- *Ioan. 1. d.*  
 explicabilis est adeo, ut etiam Ioannes ab utero san- *Aug. 1. de-*  
 tificatus, se non esse dignum fateatur soluere cor- *agone*  
 rigia calciamenti Iesu: quia illius unitatis modum *Christianus*  
 inuestigare, alioquin explicare non erat sufficiens. Non *unico 18. 13.*  
 sunt ergo audiendi, qui non verum hominem fili-  
 um Dei suscepisse dicunt, neque natum de semina:  
 sed falsam carnem, & imaginem corporis simulata  
 ostendisse videntibus. In quæ errorē prorumpunt,  
 quia timent quod fieri non possit, scilicet, ne hu-  
 mana carne veritas & substantia Dei inquietur:  
 & tamē prædicant istum visibilem solem radios  
 suos per omnes fæces spargere, & eos mundos &  
 sinceros seruare. Si ergo visibilia munda visibilibus  
 immundis contingi possunt & non coinquinari,  
 quanto magis incomutabilis & invisibilis veritas  
 per spiritum animam, & per animam corpus suscipiens.  
 totum hominem sine sui commutatione assumpsit,  
 & ab omnibus infirmitatibus liberauit? Ecce hic *Ibid. paulo*  
 dicit Dei sapientiam per spiritum assumpsisse ani- *inferius.*  
 mam, & per animam corpus. Sp. enim S. pars ani-  
 mæ superior, & maiori similitudine Deo propin-  
 quat quam anima, scilicet, ipsa eadem secundum infe-  
 riorem partem, & anima magis quam corpus, &  
 ideo non incongrue anima dicitur assumpta per  
 spiritum, & corpus per animam.

Quod verbum simul assumpsit carnem, & animam: neque  
 caro prius est concepta quam assumpta. C

Si autem queritur Vtrum verbum carnem simul  
 & animam assumpsit, an prius animam quam carnem,  
 vel carnem animam: & vtrum caro illa prius fue-  
 rit in utero virginis concepta & postea assumpta:  
 Verissime & absq; vlla ambiguitate dicitur, quia  
 ex quo Dens hominem assumpsit, totum assumpsit,  
 simulque sibi uniuersitatem animam & carnem: nec caro  
 prius fuit concepta, & postmodum assumpta: sed in

con-

*Cap. s. in  
princip.*

conceptione assumpta, & in assumptione concepta  
Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum, Firmissime  
tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi  
sine divinitate conceptam in utero virginis prius.  
quam susciperetur a verbo: sed ipsum verbum Deum  
sive carnis acceptio conceptum, ipsamque carnem  
verbi incarnatione conceptam. Idem in lib. de Trin.

*Ex princip. c. 13. de Trin. l. i. & glossa or. ad illud c. 1. ad R. Qui factus.* Non esset Dei hominumque mediator, nisi esset idem Deus, idem homo in uteroque unus & verus: quam seruile formam a solo filio susceptam, tota Trinitas [cuius una est voluntas & operatio] fecit. Non autem in utero virginis prius caro suscepta est, & postea dū diuinitas venit in carnem: sed mox ut verbum venit in uterum, seruata veritate propriæ naturæ factum est caro & perfectus homo, i. in veritate carnis & animæ natus est. De hoc etiam Greg. in moral. ait,

*Greg. c. 31. li. 28. ad illud l. ob. 28. Non ad aquabi- sur eit opera- zium.* Angelo nunciante & spiritu adueniente, mox verbum in utero, mox intra uterum verbum caro.

### DE CARNE QVAM VERBUM ASSVM.

*psit, qualis ante fuerit: & qualis assumpta fit.*

### DISTINCT. III.

*De Christi conceptione.*

VERITUR etiam de carne verbi, an priusquam conciperetur obligata fuerit peccato, an & talis assumpta fuerit a verbo? Sane dici potest, & credi oportet, iuxta sanctorum attestations, convenientiam ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliqua virginis caro: sed spiritus sancti operatione ita mundatam, ut ab omni peccati contagione immunis vniuersetur verbo, pena tantum non necessitate, sed voluntate assumentis remanente. Mariam quoque totam spiritus sanctus in eam præueniens, a peccato prorsus purgauit, & a fomite peccati etiam liberavit, vel fomitem ipsu[m] penitentia euacuando (ut quibusdam placet) vel sic debilitudo & extenuando, ut ei postmodum peccandi

occasus